

re judic. Gutier. in d.l. nemo potest num. 425. ultra quos hanc. etiam sententiam probant plures relati a Marco Anton. Blan. in tract. de compromissis in quest. 10. de app. & de reductione ad arbitrium boni viri. Panorm. in cap. cum dilect. n. 17. de arbitris. Marant. de ord. jud. 6 p. cap. de appell. sub n. 257. vers. secus est de jure canonico. &c. & post plures alios communem resolvit Lauren. Kirchovius commun. concl. cent. 1. conf. 15. qui est inter communes opiniones tom. 3. in princ. & post Romanum etiam tanet Cardin. Tusc. ubi proxime p. concl. 413. n. 9. & ita dicendum est. ut appellationsi a sententia arbitri sic deferendum jure canonico. intellige. nisi sit tacite vel expresse a partibus homologata. quoniam postquam pars sententiae consentit. recursus in jure non haberi ex proxime dictis.

25 Quid autem de arbitris juris dicendum. scilicet de iis qui eleguntur super recusatione judicum Ecclesiastic. juxta text. in cap. si contra unum. de off. delegat. in 6. vel super competentia jurisdictionis. juxta celebrem text. in c. pastoralis de rescript. de quo nos late alibi diximus. nam ex quo isti arbitri a jure. & ejus necessitate eliguntur. habeant jurisdictionem a lege. nam ita partes coram eo necessitantur litigare. sicut coram iudice. notat Abb. in cap. suspensionis de off. delegat. Maran. de ordine jud. 4. p. 6. d. m. 12. ad fin. fol. 142. in parvis. qui habent tertiam speciem jurisdictionis. similem. & aequiparatam delegatae jurisdictioni. magis quam ordinariae. ut tenet Bald. in consil. 90. & in consil. 470. l. 1. vol. Corn. consil. 54. col. 2. vol. 2. Bald. in l. apertissimi col. 8. n. 7. vers. quarto quero. & in l. fin. nota. 7. C. de jud. & in etiam B. Angel. & Salicet. Fel. in cap. fin. 11. col. penult. in fin. de re judic. & notat. in c. ab arbitris. de offic. delegat. l. 6. Marant. ubi proxime num. 13.

Quare ab istis arbitris juris appellari licitum est. quemadmodum. & ab aliis iudicibus. probat text. expressus in c. ab arbitris de legat. l. 6. ubi notant Doctores. & in l. arbitrio. ff. qui sat. cogant. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n. 261. fol. mibi 617. & loco proxime citato d. n. 13. idem probat multa in propositum adducens Sese in decis. 113. tom. 2. a n. 50. sequitur etiam Ripa in l. nemo potest a n. 90. & Alciat. n. 48. ff. de legat. l. 1. Abb. in c. cum dilect. colum. 10. de arbitris. B. in l. 1. §. interdum sub n. 8. in fin. ff. a quibus appell. non licet. Bald. in l. penult. in fin. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. & in l. diem. §. stari ff. de arbitris. Felin. in cap. fin. 11. & 12. de re jud. Anton. de Butr. in cap. quinta vallis 23. sub n. 38. de jur. Socin. in reg. 17. appell. a sententia fall. 3. Paul. de Castr. in l. a D. Pic. in princ. ff. de re jud. Marc. Ant Blanc. tractatu de compromisso q. 10. vers. contrarium tom. 3. p. 1. fol. 204. Lanfr. in tract. de arbitris. q. 24. Scacciat tract. caus. civ. & crim. cap. 2. n. 5. & de app. q. 17. limit. 1. n. 3. & vers. ubi reddit rationem. quia arbitrius juris dicitur habere jurisdictionem. sicut iudex. & quia cum iste arbitri sit ex necessitate juris. ab ejus sententia licet appellari quemadmodum. quando & ab aliorum iudiciorum liber. glos. in cap. a iudicibus 2. q. 6. ff. in d. l. nemo potest. 2. lectur. n. 92. alios allegans. idem dicit ibi Joan. Gutier. n. 130.

28 Circa illud autem. quod tertio loco apposimus in hoc capite. an appellationsi emissa ab iis. quae relinquuntur iudicis arbitrio regulato. vel libero non deferens iudex vim faciat. duae reperiuntur circa arbitrium regulatum opiniones contrariae. & quod in omni casu. in quo iudex habet arbitrium a lege. homine. seu statuto. ab ejus sententia appellationsi emissa per gravatum esse deferendum. tanquam licite. verum crediderunt. glos. in cap. super his. in veris. arbitrium. & ibi late de materia Felin. n. 7. de accusat. glos. verbo. si qua pena. glos. ult. ff. de regul. jur. glos. in c. Romana §. quod si obiciatur in v. minus legitima. de app. n. 6. Alex. in l. & severiori in fin. C. ex quibus caus. infam. irrog. & in lib. 4. col. penult. & in fin. ff. de legat. 2. & consil. 106. n. 7.

lib. 3. qui de communi testantur relati a Beerio decis. 244. n. 16. Arcetini in l. videmus §. de ferre n. 6. & ibi Alex. ff. de in lit. jur. Rip. in l. in quartum n. 122. ubi etiam Alciat. n. 39. ff. ad leg. Falcid. Ripa in l. si infulam n. 36. ff. de verb. oblig. Abb. in cap. 1. n. 9. de dilatio. Felin. in cap. ex literis num. 23. de constit. & in cap. cum venissent n. 9. de judic. Angel. in tract. de malef. verbo. presente dicto Caio. n. 32. & ibi August. in additione Marfi. in l. questione n. 67. ff. de quest. Cassan. consil. 68. n. 23. & n. 24. Duaren. in l. in actionib. in verbo licuit enim ei. &c. in fin. ff. de in litem juran. Mantua. in cap. fin. n. 16. de jur. jur. Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 12. n. 5. vers. 2. adversus Bar. Bern. Diaz. in regul. 40. Ani. Gom. variar. resol. tom. 3. cap. de delictis n. 63. ubi de communi testatur. prout illum refert Bonacoll. p. 2. commun. opin. pag. 41. a tergo col. 2. vers. 2. incipit iudex ex iis quae ejus arbitrio committuntur. & part. 1. pag. mibi 217. col. 2. sub versa multari quis illico non debet in fin. Octavia Simonell. in tract. de decretis tit. 1. lib. 1. n. 8. Bossius in tract. de multis. n. 4. Cagnol. in l. 1. num. 22. ff. quis jus dicit. non obtemper. Maccon. deci. 42. n. 21. Rebuff. tract. de cong. part. vers. ult. si Episcopus fol. 103.

Sed pro contraria parte. imò appellationsi interjecta a sententia ejus. cujus arbitrio aliquid committitur. tã in civilibus. quàm criminalibus. non sit deferendum. facit. quia iudex in arbitrariis argui. non potest. probatur auctoritate glossae in c. statutum §. accessorem verb. relinquatur de rescript. in c. 6. quia tunc locum Deum iudicem esse hujus rei cognitorem. ut dicit consil. 8. n. 7. & quia superior non potest inferioris conscientiam & animum immutare. Bal. in l. 1. in fin. vers. scias tamen. C. de sentent. ex Brevil. recit. nec enim vis animo inferri potest. probant etiam Innocent. in c. presenti de test. B. in l. 1. in fin. ff. de legat. 2. disput. 1. Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. Salicet. in l. societates §. arbitror. n. 26. ff. pro socio. & in l. cum antea C. de arbit. ff. in l. si sic legatum n. 5. de leg. 1. & in l. de pupillo §. qui opus n. 4. de opnovi. nunc. Amadeus de syndi. n. 147. Paris. de Put. in eod. tract. tit. de potestate iudic. n. 1. Curtius jun. in l. 1. n. 30. ff. de jur. omn. iud. Boer. decis. 284. n. 17. vers. contrarium. C. str. consil. 296. col. fin. lib. 2. Mod. in ap. sit. ad Alexand. consil. 106. n. 17. lib. 3. Ripa in l. 2. n. 29. ff. de re j. d. Roman. consil. 27. & consil. 261. & consil. 364. Aymon consil. 78. num. 8. Cassiad. decis. 7. n. 4. Fab. a Monteleon. in prax. arbitri. pag. 385. num. 31. Menoch. de arbitri. quest. lib. 1. qu. 70. n. 6. vers. contrariam itaque sententiam sequuntur. Hieron. Magno decis. Lucens. 42. n. m. 21. 1. p. & lib. decis. 43. n. 3. Paul. Granut. in suis commun. conclus. Theorem. 3. in fin. Joan. Marc. Monticel. in prax. crimin. regul. 2. n. 14. alios refert Menoch. ubi proxime a n. 7. Marfi in l. questionis modum. ff. de quest. C. apol. in aurb. sed novo jure n. 56. C. de servis fugit.

Et hanc ultimam opinionem amplectuntur Menoch. citato loco num. 12. ubi facit regulam negativam. ut in hoc casu non liceat appellare cum distinctione. de qua protinus eam in effectu post longam indagacionem resolvit Prosper. Farinac. in prax. crim. tom. 1. quest. 17. a num. 27. eam etiam viderit sequi Scaccia de appell. q. 7. limit. 15. num. 2. post Marchef. Nicell. Menoch. & alios. quos citat.

Dummodo intelligatur. ut procedat in his quae sunt parvi praedicti; ut puta in causis parvis. & levioribus. secus in iis quae sunt magni praedicti. puta. in criminalibus. vel in civilibus causis magnis. nam in istis si se graviter. aut enormiter laesum per sententiam senserit aliquis. poterit appellari: tenet ferè omnes Doctores utriusque opinionis. ut videre est ex his. quos nominatim refert Menoch. ubi supra a n. 16. cum segg. & Farin. num. 31. quos per te vide. apud quos etiam videre poteris. quando quis hoc casu dicitur enormiter laesus. & ponit Mascar. de probat lib. 2. concl. 960. Haecenus de arbitrio regulato.

At

39 At a sententia lata per iudicem habentem a lege. homine. vel statuto liberum. seu absolutum arbitrium. appellationsi interposita non deferens vim nec faciet. & in hoc casu multo minus dandam esse appellationsem. dicere Innocent. & Hostiens. in c. fin. servis Joan. Baptist. a Severino in l. admonendi n. 265. vers. 1. ff. de jur. Felin. in c. exceptionem n. 2. in fin. de except. & in cap. de his n. 8. de accus. ubi plures alios allegat concordantes Ruin consil. 149. n. 9. lib. 4. ff. in l. 1. in pr. n. 6. ff. si quis jus dicit. non obtemper. Decius in c. ad hoc col. 3. ad appell. Abb. in c. prudentiam §. 6. d. legat. Covarr. l. 2. variar. resol. c. 32. n. 5. Menoch. de arbit. jud. d. quest. 70. n. 13. Farinac. d. tom. 1. quest. 17. n. 30. Hieron. Magon. dec. Lucens. 42. n. 21. vers. quia quod non detur 1. p. Ant. Gomez. lib. 3. variar. c. 1. n. 63. de communi tellatur Bonacolla comm. opin. p. 2. pag. 41. col. 4. vers. 2. Simoncel in tract. de decretis el. 1. tit. 1. num. 8. Idem fenserunt. Butr. & Imol. in c. refragabili de off. ordina-

34 rii. dum scribunt. appellationsem censeri rejectam a sententia iudicis. cui datum est libere iudicare. Et de singulis verbis. quae conveniant libero arbitrio. & de eorum natura. plurima. utilissima in unum congestit Menoch. de arbit. l. 1. q. 7. per tot. idem verba & clausulas. quibus arbitrium regulatum. ac viri boni confertur. concessit ipse Menoch. ibi q. 8. per tot. apud quem videre potes.

86 Circa inspectionem autem illius examinandi articuli. an iudex cujus conscientia aliquid dicendum committitur. appellationsi interposita non deferens vim faciat: brevibus respondeo negativè. cum scilicet. ab ejus sententia appellatio non sit licita. probant Angel. in l. de pupillo §. qui opus. ff. de operis novi nuntiati. & ibi Paul. Castr. Alex. & ff. mori per glossam reputatam singularem in c. statutum §. accessorem. in verbo. relinquatur. de rescript. l. 6. quae id dixit expresse. sequitur Petrus Philip. Corneus in consil. 188. col. 2. in lit. C. vol. 2. Felin. in cap. super in col. 4. de accusat. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n. 32. Nicell. tract. de concor. glos. concord. 6. fall. 2. n. 63. tom. 18. fol. 193. Rebuff. tract. de appell. art. 3. glos. unice. n. 2. & 3. Tiraquell. in tract. de lignag. §. 4. gl. 1. n. 11. Greg. Tholof. tract. de cappell. l. 3. c. 15. n. 1 & seq. fol. 34. ultra quos quòd à sententia iudicis. cujus conscientia fuisset onerata. vel ex dispositione juris communis. vel ex forma commissionis. vel rescripti

37 pti. appellatio subsecuta nec suspendat. nec impediatur executionem ejusdem. facit glos. in clem. 1. in verbo oneramus de jur. part. quam Paul. & Laurent. & Cardin. sequuntur ibi Rot. decis. 18. aliis 443. su. t. dubitatum sub n. 3. & 4. de concess. praeben. in novis. Cephal. consil. 89. affatim. n. 14. lib. 1. Philipp. Franc. alios allegans in rub. de appell. n. 7. late per Gemin. Imol. Francum. & alios in d. §. assessorum. & per Host. gl. Card. in d. clem. 1. de jur. part. quest. 16. Rom. consil. 27. viso themate. alios citans post princ. & consil. 261. super eo. Alex. in l. in provinciali §. qui opus de oper. novi nunt. Abb. Panorm. in c. super his n. 16. de accus. Felin. in c. significasti et. de homicid. plenius in c. 1. col. 20. vers. & si dicatur conscientia tua. de constit. Andr. Barba. in c. ne initiaris. ubi late de constitutionibus. & in consil. 36. ad propositum n. 7. & seq. l. 2. Aeguid. decis. 18. incipit me ratio conscientiae. & quod

38 sit ista prohibitio appellationsis quoad suspensivam effectum duntaxat. ultra supradictos probant Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 10. n. 10. Mil. in repert. verb. appell. vers. appellari non potest fol. 15. & cum Lancelot. idem dicit Scaccia de appell. q. 17. limit. 15. sub n. 3. ubi allegat etiam Marchesanum tract. de app. §. c. 2.

39 n. 67. vers. dabitur appel. reddentes rationem. quia Deus solus superior est conscientiae. unde non potest ad alios inferiores appellari. Franc. ubi supra. & Gregor. Tholof. d. c. 15. n. 3. & sub n. 5.

40 Cuius resolatio fallit. quando non est simpliciter onerata conscientia iudicis. sed appositum est simul

aliquod verbum respiciens s. justitiam. puta; ad iudicium tuae conscientiae. vel aliud simile. quia tunc datur appellatio. Lancelot. de attent. 2. part. c. 12. limit. 10. n. 11. ubi alius refert limitationes. quas transcribit Scaccia ubi proxime a n. 5. vide etiam infra n. 47.

Ultra quos hanc nostram doctrinam post non nullos affert Tiraquell. in tract. de praescript. §. 1. gl. 8. n. 4. ad fin. & n. 5. in princ. ubi per Angelum. Paul. Castr. & ff. in d. l. de pupillo §. qui opus. declarat dictam regulam in d. §. assessorum. quatenus dixit. quòd quando aliquid committitur conscientiae alicujus. non potest ab ejus declaratione appellari. ut videlicet intelligatur. si is. cujus conscientiae committitur. debet suam declarationem juramento confirmare. & post Id. Rebuff. tract. de app. art. 3. gl. unice. n. 4. tom. 3. fol. 489. quidquid dicat Scaccia ubi proxime. n. 9. in fin. se non videre hanc opinionem usu receptam. quae quidem procedit ubi non fit dicta declaratio In iudicio. sed sic faciendia a privata persona non aliter.

Pro qua facit. quia quando lex statutum. pactum. aut quavis alia dispositio vult. ut iterum dicto alicujus. intelligitur jurato. non aliàs. facit text. in l. Theopontus. in verb. juratus. ff. de dote prelagata ubi id nota B. Ant. in c. veniens. el. 1. & ibi Felin. col. penult. de testib. idem Anton. in c. finem litibus col. penult. de dolo & contuma. ex eo notat Bal. in c. tuis de testib. quòd jurare debet is. cujus testimonio quispiam stare promissit. et si de juramento nihil dictum fuerit. Bald. in l. jusjurandum quod 43. ex conventionione. in princ. ff. de jurejur. & melius ibi in lectura antiqua ff. in l. jusjur. & ad pecunias §. quisquis jurandum de jurejur. Maran. Socin. in repet. c. quoad si super rebus. & c. quoniam col. 2. ante fin. ut litem non contestata. Hippolyt. de Marli. sing. 114. ad validitatem. Corneus consil. 40. viso processu col. 5. vers. & ideo ubi simpliciter. lib. 1. per d. l. Theopontus. late profequitur. & probans Rebuff. in tract. de praescript. §. 1. gl. 8. a princ.

Iste iudex. qui secundum suam conscientiam iudicare debet. non tenetur alicum citare. gloss. in el. 1. de off. delegat. Bald. & Alexand. in l. de unoquoque. ff. de re jud. quos est sequutus Alciat. in l. si quis arbitrarius 45 in fin. de verb. oblig. Menoch. de arbit. jud. lib. 1. q. 17. n. 14. Et de materia quando aliquid conscientiae alicujus committitur. & multa annotatione dignissima vide affatim per Mascardum de probat. 1. tom. conclus. 414. per totam.

Quae regula in hoc articulo a nobis apposita. ut 46 appellationsi non sit deferendum a iudice. cujus conscientiae aliquid committitur sententiarie. declaratur. ut talis conscientia debet esse cum iudicio discretionis. juxta text. singularem in c. de regul. in 6. tradit Barba. in d. consil. 36. n. 7. lib. 2. Lancelot. ubi supra in d. limit. 10. n. 15. qui n. 11. post Franchum in c. statutum. §. assessorum de rescript. lib. 6. sub n. 15. vers. potest etiam limitari. hanc regulam limitat. ut procedat. quando simpliciter onerata iudicis conscientia. sed si cum hac clausula sit positum aliquod verbum. vel qualitas respiciens justitiam. ut puta: si dicitur (ad iudicium tuae conscientiae) vel simile. cum tunc conscientia debeat cum iustitia regulari. & justè procedi appellationsi deferendam esse. ubi ipse in n. segg. alias tres limitationes proponit. de quo vide Lancelot. & Scacciam ubi supra. & nos sursum n. 40.

Nunc tractandum. quando a jure vel ab homine aliquid iudicis potestati & merè facultati committitur. an à iudice negante illam appellationsi interposita non deferens vim faciat. Et non fieri vim faciunt per text. in l. non quidquid iudici potestati committitur. id subiciatur juris necessit. ff. de jud. teneant Imol. post Butrigat. 49 in c. 1. col. 11. de constit. dicens quòd in commissis facultati iudicis non appelletur. prout exemplum in casu el. 2. cum glos. in verb. valeat. iudicis in clem. saepe eodem verb. de verb. signif. & c. consilium de off. de leg. idem

dicit Innocent. in cap. fin. de feris. Aret. in cap. super his, col. antepenult. vers. & ad ea, qua ponit. de accusatione. & est doct. Specul. in tit. de off. jud. §. impeditur. sequitur Abb. in cap. Felin. in c. exceptionem n. 2. de exceptionib. & in d. c. super his col. 7. n. 13. Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appellat. Card. Tusc. pract. concl. tom. 4. littera A. conclus. 415. n. 12. & 14. Bald. cons. 111. processus factus lib. 5. Felin. in c. super his n. 7. de accusat. Gratian. in discept. foren. tom. 1. c. 146. ubi ex aliis infert n. 16. quod si statum disponat, ut iudex possit in aliquo casu carceratum sub fideiussoribus relaxare, qui si non fecerit, non poterit ab eo appellari, quia non quidquid iudicis potestati relinquitur, id subicitur juris necessitati, d. l. non quidquid, intellige nisi aliis ex alio capite iure communi detentatio sit iniusta, ab ea licet appellari, ut late dixi lib. 2. cap. 4. quia tunc de iure necessitatur iudex relaxare.

51 Et quando lex dat iudici facultatem dispensandi, nam à denegata dispensatione non poterit appellari, ita Bald. in l. quicumque col. 6. de servis fugit, quem sequitur Felin. in c. super his n. 13. de accus. idem dicit late Th. Sanch. de matr. Card. Tusc. pract. concl. 1. tom. littera A. concl. 415. sub n. 2. post Felin. ibi n. 7. & in hac conclusio vera procedit sine contradictione, quam etiam probant Doctores in sequenti articulo de mero officio iudicis allegandi.

52 Hinc est, quod cum sit in mera facultate iudicis delegantis, revocare jurisdictionem delegatam, l. iudicium solvitur verante eo qui iudicare iusserat, ff. de iudicis c. ut nostrum de appellat. c. pastoralis de off. delegati, & de materia multa elegantia congestit Lancelot. de attent. 2. p. c. 10. per totum. ad qua recurrendum est omnino.

53 Ab huiusmodi tamen avocatione facta per superiorem appellacioni emissã denegans delationem, vim nullam faciat, ex doctrina supradicta. & in specie tenet Bald. in consil. 3. vol. 5. sequitur Marant. de ord. judicior. 6. p. tit. de app. num. 351. quod per Bald. in consil. 111. incipit processus in 5. volum. dixit Rebuff. in comment. tit. de avocatio tractatu de avocatio. part. 1. fol. 208. quod si avocatio fiat cum causa, vel ex levi, vel sine ea à tali avocatione appellari non possit, quia est arbitrii, & voluntatis principis.

55 Quare & ex eadem ratione alia deducitur regula, quod appellacioni a iudice denegante facere id, quod facere potest ex suo mero officio, non est interjecta deferendum, cum tunc partem non gravet, Specul. in tit. de off. iudicis §. impedit vers. quid si iudex n. 1. in fin. & num. 2. l. 1. fol. 57. ideo appellacionem non potest Abb. in c. acceptionem num. 8. de except. & idem Abb. in c. significaverunt n. 10. & 19. de except. Joan. Andr. & communiter DD. per Petrum in d. c. exceptionem, plenè Bald. in l. nec quicquam §. ubi decretum §. col. versio pro uberiori autem intellectu. ff. de off. procons. & legis. Butriga. in c. super hoc 3. col. de renuntiatio. Petrus de Anchar. in c. pia col. antepenult. de except. l. 6. Abb. in clem. auditor. per gloss. ibi de rescri. & in c. prudentiam. §. sexta in fin. de off. delegat. sequitur Aret. in c. super his col. antepenult.

76 v. ad ea que ponit. de accusat. Bald. in l. 2. circa med. C. de servit. & aqua. Imol post Butr. in c. 1. col. 11. de constit. Anania in l. iustitia, §. juris precepta de iusticia, & iure, ubi dicit, quod iudex non supplens de facto, cum possit, non facit litem suam, quia non læsit partem, cum aliud sit lædere. aliud non juvare; nec ob hoc potest appellari, ubi allegat Specul. ubi sup. idem repetit in l. si unus §. pactus col. ult. vers. concedo, ff. de pactis & in l. 1. in lectur. a antiqua. ff. de except. Rota dec. 47. incipit. de eisdem d. app. in novis Petr. de Anchar. post Lapum n. c. 1. de confess. lib. 6. contra gl. in ibi Bald. & Paul. de Castr. in d. l. non quidquid. idem Paul. de Castr. in l. ubi pactum col. fin. vers. quid si iudex C. de transact. dicit, quod licet iudex possit repellere actorem, cui videt actionem non competere, ut ibi per glossam singularem, tamen si hoc

non facit non tenetur, allegat d. l. non quidquid. late Felin. in c. exceptionem n. 2. de except.

Quam quidem conclusionem intellige, veram esse, 57 ut procedat, quando aliquid officio iudicis committitur mercenario, hoc est; de illo officio, quod iudex motu proprio exercere potest, sicut repellere inhabiles, arcere exceptiones, & similia, condemnare in expensis post litem contestatam, ut a iudice hoc negante non sit licita appellatio, quia in ejus mera facultate est, & ita loquuntur Doctores superius citati, secus autem est dicendum, in officio iudicis nobili, quo deservit actioni, & in ejus locum subrogatur, pro 58 ut est præstatio alimentorum egenis, restitutio in integrum. cautio legatorum præstandorum, & similia, & quomodo cognoscatur officium iudicis nobile, & mercenarium ultra loca ordinaria. Bart. & alii, in l. 1. ff. de jurisdict. omni. jud. Albert. in l. 1. col. 3. ff. de inter. action. Bald. in sua practica, quam posuit in rubrica de off. iudic. Petr. de Ferrariis in sua practica. in verbo, libelli, in actione reali, in verbo quatenus ex officio, ponit Felin. in c. 2. col. 4. de off. iudic. & in c. 1. col. 2. eod. tit. & idem cum officium iudicis loco actionis succedat, regulatur ut actio secundum Hostiens. in sum. de off. iudic. §. utrum, vers. puta cum petitur, & cum in iis officium iudicis nobile imploratur per partem loco actionis, à denegatione eorum appellacioni deferendum est uti legitima: ita optimè B. in l. 1. col. ante penult. ff. de juris. omni. judic. dicens, quod illud quod pars petit, non semper sibi debetur, sed iudex ex officio potest facere; ut sibi detur, licet quandoque esset iniuria; si officium nobile denegaret, l. 1. §. penult. ff. de aqua quodid. & asiva. & ideo introducta est appellatio à sententia lata super officio iudicis, si denegatur per l. 1. C. si sapius in integ. restit. fuer. postul. ubi, appellare enim debuisset, si sententia vobis displicebat, & ita optimè declarat Felin. in c. exceptionem n. 3. per totum. de exceptionem. idem etiam dicit Gratia. in discept. foren. 1. tom. c. 146. per totum, quia tunc dicitur gravare partem, ut post B. in l. 1. n. 11. ff. de jurisdict. omni. judic. Felin. in c. per tuas, de testib. n. 6. dicit Card. Tusc. practicar. conclus. tom. 1. littera A. concl. 415. num. 10.

Quam declarationem iterum declara, ut non pro- 59 cedat quando pars non petit, ut iudex uteretur officio suo in ejus favorem, nam tunc indistinctè est dicendum, ut à denegatione appellacioni non sit deferendum ut per d. l. non quidquid & l. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto, ut in non condemnatione expensarum non petitarum dixit Abb. in c. significaverunt. num. 10. de exceptionem. per Innocent. in c. ad nostram 2. jurejur. & per alios, quos ibi allegat. Item quando non repell. 60 lit procuratorem inhabilem non petitum, licet possit, ita per Joann. Andr. Petrum Speculatorem & alios dicit. Abb. in c. executionem num. 8. de exceptionem. optimè de hac declaratione Felin. ibi. n. 4. vers. secundus casus, quando pars non petit ut iudex, & c. Felin. in c. significaverunt limit. 4. num. 4. de except. Scaccia. de app. quest. 17. lim. 21. à n. 34. cum seqq. quidquid ipse circa expensas sentiat sub n. 35

Secus autem si fuerit petitum, quia tunc ab iniusta 61 denegatione admittitur appellatio, ita tenet Speculator de off. omnium iudic. §. impedit vers. quid si iudex n. 1. in fin. & n. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. c. significaverunt n. 10. in ultimis verbis. Rebuff. in tractatu de expens. dam. & intereff. art. 3. glos. unica n. 15. tom. 3. late Scaccia, ubi proximè n. 34. & 35. Cesar. Contar. in l. unica lim. 11. num. 59. vers. amplia modo, C. si de momen. pass. cum Felin. in c. super his n. 113. de accusat. plures citat March. de commiss. c. 28. à n. 43. p. 1. idem tenet Cardinal. Tusc. 62 pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 415. n. 11. & 12. ubi dicit, quod ubi aliquid committitur potestati iudicis, non appelletur, si non facit, & sic ab actu negativo, secus ab affirmativo, ubi lædit, & idem si quando imploratur officium

officium iudicis, & ille non impartitur, quia data læsione, & gravamine, appellari permittitur ab hoc casu negativo.

63 Nam ex quo ejus iudicis facultati, potestati, & voluntati aliquid relinquitur, cum non necessitetur id facere, d. l. quidquid, ff. de iudicis, nec cogi potest per superiorem, ideo appellari non poterit, ut late prosequitur Gratia post alios in discept. foren. 1. tom. cap. 147. n. 64 13. quemadmodum & è converso à iudice faciente, quod facere præcisè tenebatur, & ad id cogi, & adstringi potest, appellari non licet, ut per Innoc. & Abb. in cap. cum in iure, tenet Aufserius in des. Tolosa. q. 4. 2. requisitus. Rebuff. in comment. 2. tit. de literis requisitoris 65 glos. 3. n. 10. qui dicunt, quod à iudice requisito, adimplente, & obtemperante literas requisitorias, & permitte executionem, appellari non poterit per executionem, quia iudex requisitus non est nisi merus executor & talis qui tenetur obtemperare requisitioni iuste factæ, ergo pars non poterit appellare cum gravetur.

Sicut aliàs est licita appellatio à iudice negante facere id quod facere tenetur, & ad quod faciendum cogi poterit per superiorem, prout post alios dicit ipse Rebuff. ubi proximè num. 4. & seqq. quando scilicet in- 66 terponitur ab ipso iudice requisito nolente adimplere iustas literas requisitorias, ut tam per viam recursus ed superiore, quam appellacionis requisitus est cogendus, ubi comprobatur prædicta remedia in hoc casu, vide quæ nos supra 1. p. cap. 6. vers. & amplius nostra resolutio à num. 33. ubi aliquos citavimus. Azeved. Bobadill. Cened. & alios.

67 Hinc est quod si Episcopus recusat, differt, vel est negligens sine causa legitima, facere institutione præsentato per patronos, vel confirmationem electi, & similia ultra recursum, quem ad superiorem pars habet (de quo latius per nos supra has 3. c. 10. de patron. Reg. vers. alia est via iure canonico, à n. 206. cum seqq.) potest appellacionis remedio potiri interposita huiusmodi gravamine, ut docet Abb. in cap. pastor alis, n. 6. de iur. patron. Rot. decif. 4. de iur. patron. Rochus de Cart. de iur. patron. verbo honorificum num. 55 Paul. de Citadinis eodem tract. 6. part. 2. n. 1. Joan. Gutier. de juram. confirmat. 3. part. ca. p. 13. n. 8. Zerol. in pract. Episc. 1. p. verbo ius patronatus §. 8. sub. 3. Nicol. Garcia de benef. 10. part. cap. 4. n. fin. tom. 2. & diximus in d. num. 206. & seqq. & facit quod de Episcopo injuriosè & sine rationabili causa denegante prestare consensum & autoritatem alienationi patrimonij, ad cuius titulum alienans fuit ordinatus, ut possit ad superiorem appellare, dicit cum Barlato consil. 178. nu. 35. Quintanaduenas Ecclesiastic. iur. lib. 3. n. 72. & alii citati à Nicol. Garcia de benef. 2. p. c. 5. n. 185.

68 Sic ab ordinario denegante licentiam iusta causa rectori, aut aliis beneficiato illam petenti, licita est appellatio ut per Abb. in c. relatum n. 6. de clericis non recip. Selv. de benef. 4. p. q. 7. n. 29. & n. 71. Zerol. in pract. Episcop. verbo studium §. 1. & verb. residentia §. 3. diximus latissimè superius lib. 1. cap. 15. vers. & tandem unum quoad ad nos atinet. n. 27. & seqq.

69 Quibus convenit, quod à negligentia, vel tarditate iudicis in non faciendo, vel procedendo in causa, & à denegante iustitiam ministrare, & causam diffinire, appellacioni interposita deferendum esse, dicit gloss. reputata notab. in cap. 2. in fin. de appell. l. 6. & cap. ad aures de simonia. Joan. Andr. in cap. dilecto de appellat. per augmentum cap. 1. de supplend. negl. prela. Pandormit. in cap. ex parte el. 2. nu. 3. de appellat. & per gloss. in c. 1. de confess. in 6. & per B. in l. 1. nu. 7. ff. de jurisdict. omni. judic. idem dicit Menoch de arbitr. iudicium l. 1. q. 70. num. 15. idem etiam probat & optimè Philip. Franc. d. cap. ex parte col. 2. ad fin. vers. quid autem si iudex non procedit. Alexand. in l. hoc amplius §. Celsus nu. 13. ff. de d. mmo infecto Felin. in cap. proposuisti, prope siuem, de for. Salgado de Protect. Reg.

compet. & in cap. suborta, ante n. 5. vers. & istis adde, de re judic. Docius in d. cap. ex parte, el. 2. num. 3. Præpositus in cap. ex ratione n. 23. de appell. Felin. in cap. pastoralis sub n. 14. col. penult. vers. considera 3. de off. ordinarii, Pedemont. decif. 12. nu. 6. Rota per Seraphinum decif. 455. n. 4. 1. tom. qui omnes ita procedunt, dummodo procedat trina monitio, seu interpellatio iudicis negligentis, dempto Bar. & Meno. qui de eo non loquuntur, & Philippo Franc. qui unicam iusticiam dixit, ubi disputans resolvit non posse primum iudicem 71 volendo revocare gravamen, causam reassumere, & ibi etiam post alios periculum allegatos, quod superior potest adiri per viam querelæ, de quo est text. elegans in l. cum antiquioribus, §. illud etiam, C. de tempor. appellat. 72 in illis verbis ibi, cum sit ei aperta summa facultas & nostram adire Majestatem, & tarditatem iudicis in querelam deducere, & nostro beneficio potiri, & c. ) ex 73 quibus inferre poteris ad Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. dum de conservandis, & non amovendis causis in prima instantia ordinariis inquit ad medium ibi, nisi Episcopus prius requisitus, eoque negligente, procedat, & c. de quo supra lib. 2. c. 17. penult.

Hinc incedit excludendus damnandusque error, qui 74 oculos excæcat tyronum, ut appellacioni ab actibus negativis interjecta, iudex vim non faciat non deferens, moti quod isti actus secum trahunt executionem, maxime cum nihil sit, quod reponatur, cum nihil attentatum sit, & sic nec violentia. Sed falluntur 75 evidenter, primò quia non est validum argumentum, non est attentatum, ergo non est violentia, quia vis non solum consistit in attentato, sed etiam in non deferendo iusta, & legitime appellacioni ob rationem statim assignandam cap. appellacionem, melior text. in c. d. ad Romauam. 2. quest. 6. optimus & melior l. 4. tit. de las fauças, 10. p. 7. ubi in sumario & gloss. Montal. & Gregor. Lop. ut in d. l. ibi, que deve haver otra pena como si biziesse fuerça con armas, & c. maxime cum loquatur illa lex de non delata appellacione, situatur sub tit. de las fuerças, quod & latius examinavimus sup. 1. p. cap. 6. ubi aperte probavi, sufficere appellacioni legitime denegatam delationem, ut regius recursum inter- 76 poni queat, quia illa est pars, & principium violentiæ, ex qua animus deiegitur illam inferendi.

Nam ex quo appellatio ab aliquo actu, seu sententia 77 negativa est licita quoad utrumque, prout contingit in casibus hæcenus relatis, vel in aliis pluribus five interlocutoriis, qualificatis tamen, ut potest habentibus damnum irreparabile, vel vim diffinitivam, vel causam principali præjudicialibus, vel quia à sententia diffinitiva appellari nequit, quoad utrumque effectum ut accidit in appellacione à negata tortura reo de delicto indiciato, ut ex Bal. Salicet. & Antonio Gomez late probavi supra lib. 2. cap. 1. item in denegata copia actorum item in non admisione testium, vel probationis: item in non admisione articulorum, & de aliis pluribus ibi, in cap. 1. p. 2. à principio, & per totum: item à denegata copia indiciorum retorquendo infra hac p. 3. cap. 14. & quoad à denegata executione virtute obligacionis Cameralis aut garentigata. Item à sententia negante missionem possessionis petita negante alimenta, aut pensionem aliisve variis casibus, quibus ab affirmativa sententia denegatur, appellatio, tamen à negativa, & sic contra actorem lata licita sit, videre poteris supra hac 3. cap. 4. à prin. ubi exactissimè, & accuratè examinavimus, & aliis infinitis casibus per totum discursum hujus tractatus passim repertiendis, quos esset nimis grave, & fastidiosum recensere, in quibus omnibus probavi; appellacioni nisi iudex deferat vim fieri declarandum, cum sit licita; ex qua ratione licitam esse appellacionem, & causare attentatum interpositum à præsentato per patronum laicum ad beneficium parochiale reprobatum, & ab habente